



Universitätsbibliothek Paderborn

Reverendissimi Ac Illustrissimi D.D. Antonii Godeau Episcopi Venciensis Viri Celeberrimi Theologia Moralis

Ex Purissimis Sacrae Scripturae, Patrum Ac Conciliorum Fontibus Derivata,
Notis Theologicis Illustrata, Duasque In Partes Divisa

Complectens Tractatus I. De Fontibus Doctrinae moralis. II. De praecipuis
ejusdem Fundamentis. III. De Peccatis. IV. De Legibus. V. De summario
dilectionis Praecepto. VI. De primo decalogi Praecepto. VII. De secundi
decalogi Praecepto

Godeau, Antoine

Augustae Vindelicorum, 1774

Caput II. Infidelitatis notio, divisio & species subjiciuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53562](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53562)

ubi confessarius in aliquo deprehendit, vel instruere, vel usquedum ista didicerit, absolutionem differre debet, præsertim si poenitens de sua obligatione admonitus, oblatam sæpius recipiendæ instructionis neglexerit occasionem. *Vid. pag. 216.*

CAPUT II.

Infidelitatis notio, & species subjiciuntur.

Fidem quovis peccato subverti tum antiqui quædam, tum recentiores hæretici docuerunt, quibus novissimum Tridenti celebratum Concilium anathema dixit (*Sess. 5. can. 5.*) Sanctus enim Apostolus ad Corinthios scribit: *Si habuero omnem fidem, caritatem autem non habuero, nihil sum (Ep. I. cap. 13.).* Ubi fides absque caritate subsistere posse aperte supponit. Tandiu enim fides in homine manet, quamdiu ejusdem intellectus revelatis propter Dei reverentis veracitatem assentitur, qui assensus solus infidelitatis, non alio quovis tollitur vel imputatur peccato.

forfan ob aliud motivum differenda absolutio videatur: primum vero ab iis quæ immediate confessus est, peccatis solvere non potes, nisi etiam illa, de quibus toto ignorantia tempore se accusavit, iterato clavibus subjicere, ac de iis poenitere velit; quia pro toto illo temporis tractu sicut salutis, ita & validæ absolutionis ob defectum incapax fuit. Hæcque differentia in eo confessariis probe est notanda.

Infidelitas itaque fidei carentia est, & in negativam, privativam, ac positivam dividitur. Infidelitas *negativa* est carentia fidei in eo, qui nihil umquam de fide audivit: *privativa* est carentia fidei in eo, qui fidei præcones audire recusat, vel auditis assentiri recusat, utut errorem contrarium positive non tueatur: *positiva*, seu contraria est carentia fidei in eo, qui sufficienter de fide audivit, ita tamen ut nædum assensum denegeret, sed eam insuper impugnet, atque errorem contrarium propugnet. Variæ infidelitatis species dantur. Præcipuæ sunt *Paganismus*, qui est error contra utrumque testamentum: *Judaismus*, qui est error contra novum testamentum; & *Hæresis*, quæ ab uno vel pluribus novi testamenti dogmatibus aberrat. Ad hanc Apostasia a fide; ad unum ex illis Mahumerismus, & si quæ aliæ sunt, reduci possunt sectæ.

Infidelitas negativa peccatum non est, quia omnino involuntaria. Unde Apostolus ait: *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* (Rom. 10.) Et Christus: *Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent* (Joan. 15.). Est tamen effectus peccati originalis, vel etiam actualis; hinc, qui pereunt, infideles non propter negativam infidelitatem, sed propter originale nondum remissum, & actualia peccata per vitam commissa pereunt (a).

Infideli-

(a) Hac in materia lapsus est Bajus Lovaniensis Doctor, ac Professor, cujus propterea propositio-

Infidelitas sive privativa, sive contraria peccatum grave est; quia fidei præcepto adversatur ac grandem Deo revelanti injuriam infert. Unde in Evangelio legitur: *Qui non credit, judicatus est (Joan. 3.)*. Textus alios supra attulimus. Quodsi præfatæ infidelitatis species ad invicem comparentur gravior infidelitas contraria, quam privativa, enormior hæreticis quam paganismus; quia hæreticus fidem quam jam semel veram agnovit, cuique se in baptismo obstrinxit, malitiose deserit, quæ æque gravans circumstantia in pagano non datur.

Fides sicut meritoria, ita & libera esse debet. Unde non armatos, sed omnino sine baculo Christus suos in mundum Apostolos misit. Non igitur armis, vel pœnis ad fidem amplectendam cogi infideles possunt; sed evangelica tuba invitari. Eos tamen, qui Principibus christianis sunt subjecti, ne Evangelii prædicationem impediunt, neve alios, credere volentes, violententer retrahant, aut turbent, quibusvis pœnis compelli posse, sana ratio suadet, & supremæ potestatis jura postulant (a).

tiones numero 79. sanctissimus Pontifex Pius VI. suppresso auctoris nomine damnavit. Præ aliis notandæ hic veniunt sequentes: *Omnia opera infidelium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia n. 26. Item: Infidelitas pure negotiorum in his, quibus Christus non est prædicatus peccatum est. n. 68.*

(a) Licet infideles Principibus christianis subjecti ad ipsam Christi fidem cogendi non sint, tamen

Ritus idololaticos, aliasque supersticiosas ceremonias e sua ditione eliminare, omnibusque inquilinis, ne publice easdem continuent, stricte interdiceri Principis officium est; quia ejusmodi ritus nãdum cum verbo Dei, sed cum ipsa naturali lege pugnant, quam pro viribus veri Princeps tenetur. Nihilominus infideles in quibusdam Christianorum terris pacifice viventes tolerari licite possunt, tum quia conversionis futuræ adest spes; tum quia cautiores in loquendo non minus quam agendo Christianos reddunt. Habitationem, comestionem, lotionem ne Christiani cum Judæis communem habeant, sacri Canones prohibent; eoquod istud infidelium genus præ cæteris Christum blasphemet, & omni, qua potest, via illius Religionem persequatur. Unde vere scripsit, quicumque scripsit: *Felix regnum, e cujus dominiis perpetuo Judæi exurant.*

CAPUT

tamen prædicationem, statis temporibus quiete audiendam, pœnis adigi possunt; talisque pœnalis lex conscientiæ vim non inferret; sed crassam eorum in salutis negotio negligentiam suppleret. Hinc Gregorius XIII. *Constit. 92.* statuit, ut Judæi sub pœna interdicti cum fidelibus commercii &c. ad audiendam singulis hebdomadis christianam concionem ab Episcopis compellantur. Methodus infidelem non baptizatum ad Christianismum convertendi synoptice in eo consistit, ut illi ostendatur. 1. Deum quidquam de se revelare posse. 2. Plura actu revelasse. 3. Peractæ revelationis signa esse Sanctitatem doctrinæ, miracula, miram ac humanas vires excedentem propagationem &c. 4. Hæc signa hodie soli Religioni christianæ competere Vid. pag. 299.